



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 14. Libellus famosus in Eruditorum defensionem editus, sed suppressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Universitate studiorum emendationem Sæc. XVIII.
promoveri decrevit. A. C. 1740.

S. XIV.

*Libellus famosus in Eruditorum de-
fensionem editus ac suppressus.*

Huic Archiepiscopi Principis decreto ac imperio omnes debita docilitate obsequebantur, soli illi, qui se *eruditos* nominabant, hujus tumultus Auctores sibi silentii legem esse impositam summo opere dolebant: eapropter Principem supplices adeunt, ut suum honorem edita apologia defendere permitterentur. Id, ægre tamen, impetrantes operi manum haud segniter admovent, & jam apologiam, & quidem duplicem, vernaculo & latino sermone edere parant. Id ubi P. Georgius Horner Universitatis Rector e Vindelicis redux comperegrat, nihil non apud Civitatis Primores egit, ut Archiepiscopum junctis viribus supplices adirent, ne ejusmodi apologiam edere Eruditis liceret. Iteratis quidem hi permolestisque precibus aures Principis pulsant, prævaluit tamen Rector, adjutus ab Hieronymo Christianio Aulæ Cancellario, Viro apprime Catholico, novitatis Osore, & prudentiamque probitate inclyto. Ita Principis interdicto criticis hisce Novatoribus

bus

Sæc. XVIII

A. C. 1740.

bus famæ suæ tuendæ, vel potius non
 tumultus concitandi facultas penitus
 adempta est, ne vero omnino inulti
 bescerent, anno sequenti contra Bene-
 dictinos famosum ediderunt libellum,
 sub hoc titulo: *Vindiciæ adversus Syno-
 phantas Juvavienses, Coloniae apud Petrum
 Marteau*, quod tamen falsum est, cum
 ex Venetiis fuerint impressæ. Aucto-
 creditus est Joannes Casparius Con-
 liarius Aulicus & Principis Historiogra-
 phus latens sub hoc nomine *Αδελφικὸν
 φιλοσοφικόν*. In hoc scripto Universitatis
 Benedictinæ Professores, Rector, De-
 canus &c. indignum in modum tradi-
 cuntur, unde etiam hæc satyra magno
 studio suppressa fuit: nempe is sciole-
 rum mos priscus est, insectari probris &
 calumniis eos, quibus par esse ne-
 queunt solida eruditione, omnisque
 semper eis scientia est pedantica & in-
 specta, quæ quantum illis est incognita
 tantum maledicis est invisa.

§. XV.

*Literæ Ludovici Muratorii ad Uni-
 versitatis Rectorem Magnificum.*

Hæc cum Salisburgi gererentur, qua-
 dam Nobilis Romam profecturus
 Mutinæ Ludovicum Antonium Mura-
 torium de omnibus, quæ contra ejus li-
 brum